UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli Neapol. Societ. Iesv

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1620

B. Andreas Carmelita Episcop. Fesulan. num. 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60948

Visual Library

ac precibus à Domino obtinuit, vt concionandi officium, quod ipſa per ſe exequi non poterat, alteri conferret; quare Dominus cuidam concionatori huius ſanctæ mulieris precibus exoratus cor præparauit, vires in labore ſuggeſſit, verbum miniſtrauit, & fructus in auditoribus excitauit: ipſa verò pro eodem cùm concionaretur beatiſſimæ Virgini centies ſalutationem angelicam offerebat. Tandem multis miraculis clara migrauit è vita 23. Iunij anno 1213. de cuius caſtitate cum ſuo cõiuge plura dicemus *in tractatu de virginibus ſect.* 8 hæc ex eius vita à Iacobo Vitriaco Cardinali, qui eodem tempore vixit, grauiter conſcripta apud Surium tom. 3.

Lib. 2. vita eius cap. 4.

Virgo Concionatori gratiam obtinet.

XV.

BEATVS ANDREAS CARMElita Epiſcopus Feſulanus.

BEATVS Andreas Epiſcopus Feſulanus ex nobili Florentiæ Corſinorum familia, Deiparæ perquàm ſtudioſus fuit: cùm enim eius parentes diù ſteriles primitias Deo offerendas eſſe iuxta illud Exod. 22. audiſſent, vt Deo, eiusq; Genitrici gratam oblationem facerent; primogenitũ, quem genuiſſent, Mariæ ſe daturos vouerunt: ac non ita multo 14.

Exod. 22.

B. Andreæ mater in partu laborans implorata. B. V. ope parit.

poſt Virginis ope Andream filium ſuſceperunt: qui etſi in adoleſcentia viam quandam viuendi liberiorem eſſet ingreſſus, ac ſaniora parentum conſilia procaciter reſpueret; ad bonam tamen frugem reuocatus, in Carmelitarum Templo beatiſſimæ Virginis apud filiũ patrociniũ multis lacrymis ad eius aram implorans, eorundẽ Patrum inſtitutum libentiſſimis parentibus *decimoquinto* ætatis ſuæ anno eſt amplexus.

Quàm verò charus Virgini fuerit illud declarat, quod cùm in eo ordine magnis religioſæ humilitatis, obedientiæ, mortificationis, ſilentij, orationis, aliarumque virtutum meritis floreret, & ſacerdotij ſui primitias oblaturus, in conuentum Siluarum extra Florentiam ſe recepiſſet; quo apparatum, quem cognati ad eam ſolemnitatẽ moliebantur, effugeret, ei primis ſacris deuotiſſimè operanti, beatiſſima Virgo Angelorum cœtu ſtipata apparens dixit: *Seruus meus es tu, quia ego elegi te, & in te gloriabor:* quę cũ diceret, ſenſim ſeſe in auras ſuſtulit. Ioannem Corſinũ ex ſua cognitione, morbo, quẽ lupum vocant, laborantem hortatꝰ eſt, vt luſoribus, quorũ cõſuetudine adleuandũ morbũ vtebatᷣ, excluſis, ieiunijs vacaret, & beatiſſimã Virginem ſummis

Eidem B. V. angeli comitata apparuit.

Pſal. 49.

ſummis precibus dies octo flectere niteretur; ꝙ cũ is mira deuotione ꝑfeciſſet, priſtinæ valitudini eſt reſtitutus. Mox cùm Feſularũ creatus eſſet Epiſcopus, eã Eccleſiam ſtrenuè adminiſtrauit: cumq; ea, qua Xp̃s Dñs natus eſt, nocte rem diuinã ſolẽniter faceret, Virgo beatiſſima ei apparuit, obitusq; ſui diẽ in feſto Epiphaniæ proximi menſis Ianuarij prædixit: q̃ ingẽti lætitia repletus eo die anno 1373. ætatis 71. miraculis in vita, & poſt mortem clarus, migrauit in cœlum.

XVI.

SANCTA CATHARINA SE-*nenſis Ordinis Dominicanorum.*

S. Catharina Senẽſis præclariſſimis Dei 15
donis ornata, ab infantia ſua Deiparam ſingulari pietate coluit: cùm .n. annum circiter quintũ ageret ſalutationem angelicã crebrò eidẽ Deiparæ offerebat, & diuinitùs edocta per gradus paternæ domus aſcendendo, & deſcendendo, ad ſingulos flexis genibus eandẽ ſalutationem angelicam Virgini matri reuerenter pronunciabat, idq; Deiparæ gratũ fuiſſe illud argumento eſt, ꝙ per eoſdẽ gradus aſcendendo, & deſcendendo, Angelorũ miniſterio, vt plurimum ferebatur, ita vt pedibus eos nõ attingeret. Atq; his in

Ex vita à Raymũdo de Capua eius confeſſario cõſcripta. & S. Antonin. 3. p. titul. 25. cap. 14.

Cùm Angelicam ſalutatio-